

digitos ornarent, sed ut omnia peracta, & pe-  
ragenda signarent, gerebantur: quod signum  
multo maioris erat fidei, & auctoritatis,  
quàm Chirographi. Vnde Arrhæ vice Annulus  
in fidei conjugalis testimonium Sponsæ darica-  
pit: quo Poëta Coronatus fideliter admo-  
dum commonetur, ut Artem Poëticam, ceu  
sponsam sibi desponsatam unicè amet, castam,  
puram, integram atq; incorruptam servet, &  
tanquàm Maritus fidelis nullo unquàm tem-  
pore deserat, sed osculis, & amplexu quotidie  
excipiat, & ad extremum usq; halitum defen-  
dat: Aurum verò, ex quo Annulus confectus,  
Jugenuitatis Poëtarum signum est: Vt enim  
hoc inter cætera metalla omnia purissimum:  
Ita etiam Poëta Coronatus animum suum  
purè ab omnibus affectibus seiunctum habeat.

Sic ergò omnibus & singulis, quæ ad solen-  
nem Laureæ collatæ Actum, tam de Jure, quàm  
de consuetudine requiri videantur, DEI gra-  
tia, feliciter peractis: Nihil jam restat aliud,  
quàm ut tu Magister JOHANNES PAVLE  
CRVSI Poëta Coronate DEO TER OPTI-  
MO MAXIMO, Inviçtissimo Imperatori  
Augusto, totiq; huic illustri Auditorio con-  
dignas agas habeasq; gratias, & totum  
hunc Actum decenti, ac lata  
iuxtaeisiq; concludas.